

V I R O
AMPLISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
IOANNI PAVLLO
SCHROETERO

IVRECONSULTO CELEBERRIMO
POTENTISS. POLON. REGIS ET PRINCIPIS
ELECT. SAXON. IN SVMMO PROVOCATIONVM
SENATV CONSILIARIO GRAVISSIMO ORDIN. IVRID. IN ACA
DEMIA VVITTEBERGENSI IVDICII ITEM PROVINCIALIS
IN INFERIORE LVSATIA ASSESSORI ET REIPV
BLICAE VVITTEB. SYNDICO LONGE
MERITISSIMO

DE ANNO QVARTO ET SEXAGESIMO
X CAL. MART. A. R. S. *clolcccXXVI*
FELICISSIME INEVNTE

GRATVLABATVR VITAMQVE SIMVL PROSPERRIMAM
APPRECIABATVR

OBSEQVENTISSIMVS OBSERVANTISSIMVSQVE
NEPOS

PAVLLVS GOTTEFRIDVS KRAVSIVS
VVITTEBERGENSIS SAXO

VVITTEBERGAE PRELO GAEBERTIANO



Gy 24 W 38

Quanquam, ob crimina maiorum, in tam misera conditione sumus constituti, ut, habita nulla ratione temporis, multae nobis calamitates, multi morbi, multa uitae discrimina, imo acerbissima denique mors subeunda sit, praesertim tamen timendos esse annos, quos $\kappa\lambda\iota\mu\alpha\kappa\theta\eta\pi\iota\kappa\omicron\upsilon\tau\epsilon$, qui, ut loquitur Gellius, rerum uerborumque studio tenentur, $\kappa\lambda\iota\mu\alpha\kappa\theta\eta\pi\iota\kappa\omicron\upsilon\tau\epsilon$ appellant, adeo notum est, ut inter uulgus, infimaeque sortis homines, constet. Tales equidem audiendi non sunt, qui, ob confictam numeri septimi sanctitatem, quod illius, in Sacro Codice, saepe fit mentio, et alia, quae afferri solent, somnia, magnam huic tempori tribuunt uim, multisque id impeditum esse periculis, contendunt, sed, cum innumeros homines, quorum non paucos, in suis

Tom. II
Colloqu.
IV

Diebus Canicularibus, commemorat Simon Maiolus, hac aetate decedere, comperiamus, persuadere mihi facile nemo, omnia, quae, hac de re, traduntur, esse falsa. Quorsum uero haec, quasi non aliis quoque annis mortui essent homines, quorum si quis literis consignasset numerum, de principatu inter sese contendere possent, cum, tot in primo statim anno, quot in nullo alio, supremum diem obire, uideamus. Quod si uero illos paullo consideramus accuratius, cognoscimus, eos plerumque aut a natura ita comparari, ut, ob imbecillitatem, uiuere diutius nequeant, aut, neglectu atque inscitia parentum, uel eorum, quibus cura liberorum solet demandari, pessime corrumpi, ut non raro praecipua mortis causa in iis sit quaerenda. At multo aliter habent se se anni $\kappa\lambda\iota\mu\alpha\kappa\theta\eta\pi\iota\kappa\omicron\iota$, quorum uim perniciosam non a tempore, sed ab humoribus potius, eorumque mutationibus, et aliis affectionibus, pendere, existimant celeberrimi naturae peruestigatores, sic, ut naturam etiam, in his annis omnibus, afferre quid memoratu dignum, asseuerare non dubitent. Memum autem non est, inquirere haec subtilius, quae Claudius Salmasius, Baptista Codronchus, Ambrosius

fius Floridus, Henricus Ranzouius, aliique uiri eruditissimi, praeclare exposuerunt. Enimuero longe illustrior est annus tertius et sexagesimus, cum propter famae celebritatem, tum propter immensa pericula, quae hanc aetatem, ut multi opinantur, circumstant, adeo, ut magnus etiam idcirco sit nominatus. Ne tamen huic quoque ineptiarum quid desit, causam hanc interserere conati sunt multi, difficultatem totam consistere in utriusque infensissimi numeri coniunctione, quorum summa numero sexagesimo tertio inesset. Sed, quam leuia haec sint argumenta, ex eo, quod supra commonui, apparebit. Quanti hoc tempus fecerit Aulus Gellius, quem alii Agellium appellare malunt, homo, humanitatis, iurisprudentiae, omnisque elegantioris doctrinae, peritissimus, ex libris constat, quos a nocturnis suis, in illustri Atheniensium ciuitate quotidie institutis lucubrationibus, inscriptu, *obseruatum*, inquit, *in multa hominum memoria, expertumque est in senioribus plerisque omnibus, sexagesimum tertium uitae annum cum periculo et clade aliqua uenire, aut corporis morbiue grauioris, aut uitae interitus, aut animi aegritudinis.* Cum quo etiam consentit *Leuinus Lemnius, in suis occultae naturae miraculis, ubi, innumera se huius rei, in Belgio, uidisse exempla, affirmat.* At enim, quid ad peregrina progredimur, cum uix alligatum sit uulnus acerbissimum, TIBI, morte Coniugis amantissimae, Auiae meae, dum uiueret, omni honoris cultu prosequendae, inflatum, quae, annum tertium ingressa et sexagesimum, TIBI, nobisque, proh dolor, erepta est. Quare non temere imprudenterque, defunctus periculoso hoc anno, laetabatur Caesar Augustus, in literis ad Caium, nepotem suum, missis, quibus eum in eiusdem gaudii societatem uocabat. Eodem iure gratulari TIBI potes, Vir Excellentissime, qui non solum integris, cum in omni uita, tum prouecta iam aetate, praeditus es animi atque corporis uiribus, sed hoc etiam difficillimum uitae tempus felicissime superasti.

Lib. XV
cap. VII

Lib. II
c. XXXII

raſti. Quemadmodum uero parentibus, liberis,
nepotibus, aliisque, neceſſitudine coniunctis, omnes
fortunaſe iniuriaſe inter ſe ſunt communes, ſic in rebus
proſperis, et ad uoluntatem fluentibus, eoſdem uni-
us uelut gaudiſe debere participes eſſe, exemplo de-
monſtrauit ſuo Auguſtus, qui non ſolum maxima
iſe affectus eſt uoluptate, ſed nepotem etiam ſuum
in iſius conſortium aſciuit. Impium itaque fo-
ret, ſi hanc, a fortuna mihi oblatam, occaſionem,
grata mente non exciperem, cum praefertim hic di-
es, quem, ſuperioribus temporibus, grauiffima ob
negotia, celebrabas Dresdae, V Vittebergae, non ſine
maximo tuorum gudio, TIBI illuceſcat. Quod ſi
enim in me collata beneficia mecum reputo, aut le-
uiter modo perſtringo, tanti eſſe ea, intelligo, ut,
qua ulla remunerari ratione poſſim, totus igno-
rem. Cum tamen, praecipiente philoſopho, in
compensandis atque remunerandis beneficiis, nihil
grato animo ſit pulchrius, accipias, quaefo, uota,
flagrantiffimae pietatis plena, quae, pro ſalute Tua
atque incolumitate, nunc ego nuncupo, obſequentiſ-
ſimus TIBI, itemque inter eos, qui reſtant, natu maxi-
mus, nepos. Seruet TE immortalis Deus, qui ab omni
morborum impetu, praeterito anno, TE non tan-
tum defendit atque protexit, ſed multis etiam be-
nificiis cumulauit, ſeruet TE, inquam ſoſpitem
atque incolumen, ut, V Vittebergam hanc ha-
bere ſenes, intelligant obtrectatores iſius, quorum
malitioſas ſane calumnias, elegantiffima diſſertatione,
Academiaſe nomine, in memoriam Diui M. Georgii
Michaelis Caſſai ſcripta, reſellit Vir Excellentiffimus,
Georgius Guilielmus Kirchmaierus. Seruet TE in Rei-
publicae emolumentum, indigentiumque TVAE o-
pis ſolatium, ut rebus illius feliciter gerendis, TVAE-
que Familiaſe ſplendidiſſimae, diu praefeſſe poſſis. Quae
pauca ſi impetrauero, ſaepeius TIBI, de annis ΚΑΙ-
ΜΑΚΤΗΡΙΚΟΙΣ, ex animi ſententia ſuperatis,
gratulandi occaſionem lubens
laetusque nanciſcar.

Stadtbibliothek Chemnitz



B 084532 4